nitiuè ac ſimpliciter, quoniam ritè, iuſtè, piè, atque lauda-
251 biliter ſe ſe geſſiſſe, in omnibus probatum eſt nitide: Et profecto in vicarium dolum ex deliberatione profeſſa fuiſſe adhibitum infitiari haud poteſt, ex quo in illum contra ius multa ex induſtria apparent attenta, per Bart in l. propter veueni. §. neptis, ff. ad Syl. Deciu. in l. ſi idem cum eo. §. 1. in fin. ff. de iuriſdom. iud. & per Crauet. in conſ. 282. ante numer. 2. Et de
252 bonis bonæ famæ effectibus adſunt quamplura Eccl. virorũ impreſſa conſilia, quæ, quia ſunt nota, omittuntur, ne tamen ita ſicco pede tranſeam, ac laborem detractaſſe videar, vide per Bertaz. poſt. ab illo relatos eo conſilio 71. num. 49. quibus adde & per Cephal. dict. conſilio 230. num. 18. Roland. conſ. 7. num. 15 & conſilio 16. numer. 23. & ſequentur conſilio 8. numero 5. libro 1. conſilio 3. numer. fin libro 3. per Crauett. conſilio 99. 145. numer. fin. conſ. 151. nume. 22. & conſil. 319.
253 columna 2. Et vicarij iudicijs fauore bona fama malæ præualeret, per Crauettam in conſil. 145. colum. 4. & conſ. 151. nu-
254 mero nono. Etiam vbi mala eſſet probata, quæ nedum haud eſt probata, verum etiam nec articulata, non enim poterat probari. Et iſtud verum eſſet, etiam vbi mala in ſpecie eſſet probtaa, bona vero in genere tantum, quæ nequaquam eſſet poſtponenda, vt per Marſ. in pract. §. diligenter, numer. 199. & conſilio 46. numero 66. vbi concord. conuocat; verum vti iam eſt dict. de mala nullum quidem verbum. Et qualiter accuſatores, qui
255 Vic. calumnijs afficere veniant puniendi, ne nil intactum relinquatur eſt recurrendum ad Boſſi. tit. de iniur. nu. 38. & titul. de offici. corrup num 137. & 46. dict. accuſatore, & fuit pluries ex
256 parte vicarij proteſtatum. Et hoc ne vltra damna, expenſas, iniuriaſque atroces ex ſuo laborioſo difficilique vicariatus officio, & etiam ex tot ac tantis hominium reformationibus Bullar. S. ac S.C. Trident. atque ſacrorum canonum obſeruantia, & cultu leſus permaneat, dilaceratuſque inſuper incedat, calumnioſè illum accuſantes temere improbeque vexantes glorioſi inter ipſos incedant, congratulenturque de illorum calumnijs, quas iudices tenentur expellere. §. primo, in proœ. Inſtitu.

257 Item & contra ſcriptam æquitatem quam boni iudices, ac viri Deum timentes præoculis habere conſueuere, l. quod ſi
258 Epheſi. ff. de eo quod cer. loc. Et dicit expreſſe tex. 6. quæſt. 1. quod qui fratres calumniantur, aut accuſant & non probant,
259 efficiuntur infames Poſtremo ex modum procedendi clariſſimè patet querelantibus nimium fauorem fuiſſe indultum. Verum quo maiore conatu, cupiditateque hæc acta fuere, tanto infirmiora eſſe debent apud graues ſapientes, integerrimoſque iudices.

260 Quorum proprium eſt hominum audacias, atque malitias proterrere, innocentibuſque, ac oppreſſis ſubuenire argumen.
261 d. §. 1. Et vt in ſimili per plura concludit Natt. conſilio 32. ad fin. vbi alia etiam tradit ad fauorem uicarij probitate non ficta decorati. Laus D.O.M. ac Immaculatæ vigini Mariæ Dei Genetrici, Diuiſq; Bapti. ac Hieronymo.

Hiero. Giach. de Lugo ſaluo ſemper &c.

APPENDIX.

262 Poſt prædicta duo motiua fuere excitata, quorum primum iſtud eſt. Cum Prior, ac alij præcepto per Vicarium facto de accedendo ad eccleſiam Monialium S. Catherinæ non paruerint an pro huiuſmodi inobedientia potuerint clerici excommunicari? Alterum eſt cum in caſu propoſito forma de ſent. exc. capit. ſacro, &c. cum medicinalis, de neceſſitate ſeruari debeat; quæ cum fuerit ſeruata, an pęnis contentis in dictis iuribus locus ſit. Antequam ad motiuorum reſolutionem me conuertam, poteſt dici & probabiliter.

263 Primum motiuum, quoniam defectiuum, qua de cauſa, quo iure, & ad quid agendum non explicatur. Præſupponitur (inquam) præceptum memoratum abſque vlla rationabili cauſa emanatum, quod eſt haud admittendum. Lætatus ſum tamen quàm plurimum ex motiuorum traditione, quæ quanta cum promptitudine ſunt excitata, cum tanta nos alacritate, quinimò
264 cum longe maiori trahitur ad diſputationem. Quia veritas clarius oſtenditur leg. fin. §. mixta, ff. de mune. & hono. l. 2. §. ex legib. ff. de orig. iur. l. diui, ff. de iure patro. leg Offilius ff. de leg. 3.

265 Veritas enim ſæpius agitata magis ſplendeſcit in lucem capitul. graue. 35. diſtin. 9. gloſſ. penult. in capitul. inter dilectos, de fide inſtr. cum multis ſimilibus citatis per Rolandu. conſilio 6. in princ. atque per Oſaſc. deciſ. 30. poſt numerum 1. & deciſ. 119. in princip. ſed non impendo operam cumulationi. Addi etiam poteſt Ariſt. Rhetor. 3. dum dicit, oppoſita facta collatione
266 clareſcunt. Argumentis nempe, ac collationib. frequenter latens veritas aperitur, vt habetur in extrauag. Ioann. 22. quæ candorem amat, latebras odit, fucos horreſcit, aditus parentes quærit, Libera eſt, ſeruire neſcit, aliena vmbra regi non vlt, ſuo nomine delectatur, cum ſeruili ignauoq; hominum genere commercium non habet, ſolis liberis, & ſpeculantibus præſto eſt, vt etiam legitur in metho. de ratio ſtud. libr. 1. in
267 princip. Item ferro viam aperit qui per contraria tranſit, vt dicit Bald. in l. precib. column. 7. C. de impub. & alijs ſubſtit. de quo meminere Moder eo. Meto. libr. 1. capitul. 6. & qui capitu. 12. per plura docuit quanta ſit aſſiduæ diſputationis vtilitas, & ita dict. capitul. 6. per contraria, & oppoſitiones veritatem melius inueniri, & de Baldi dicto meminere etiam Affiict. deciſ. 150. numer. 3. Cagnol. in leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. diem functo, numer. 4. ff. de offic. aſſeſ. Roland. dicto conſilio 6. & 55. numer. 1. conſilio 80. numer. 1. libr. 1. conſilio 43 nume. 7. in numero 100. numer. 1. libr. 2. conſilio 5 & 90. numer. 1. libr. 3. & alibi ſæpe per Docto.

268 Et ſicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, ſic veritas, quando magis conteritur, & oppugnatur tanto clarior nebulis expulſis in lucem progreditur, vt concernam cum Paul. Caſtren eius conſilio 23. libr. 1. de quo meminere Crauet. conſ. 175. enim 18. 283. & 185. column. 1. Roland conſil. 13. numer. 1. conſil. 35. in princip. libr. 3. & conſ. 1. column. libr. 4.

269 Et veritatis ſectatores Deo placent, vt dicit gloſſ. in leg.
270 puniri C. ſi cont. ius vel vtil. pub. Et eſt veritas ſuper omnia amanda & ſequenda, l. ſi ita legatum, ff. de cond. & demon. & habetur per Bald. in tract. ſciſma, column. 1. & fuſius per Rolan.
271 conſil. 73 numer. 1. vol. 4. Et l. ſid. de ſum. bono. exclamat, dicens; Magna eſt vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias, & calliditates ſuperat, quæ contra ficta, ſimulatque ſignata ſeipſam defendit.

272 Quæ denique poſt Deum colenda eſt, Ariſto. 3. Metaphy.
273 dubitationum ſolutio eſt ipſius veritatis inquiſitio. quapropter notab. ſcriptum reliquit Bald. in conſ. 343. colu. penult. l. 1. quod veritas eſt baſis, atq; fundamentum iuſtitiæ, qua virtute
274 nulla præclarior. Item eſt veritas res ſolidiſſima & murus ineypugnabilis vt inquit Affiict deciſio 255. numer. 7. 222. Et
275 omnia vincit, vt habetur libr. 3. Eſdr. cap. 4. & in capit. veritate, & ſedu. 8. diſtin. & per Roland. conſilio 5. num. 19 & conſ. 33. num. 41. libr. 4. Bald. in leg eos, C. de teſtib. & plura congerit Card. Pariſ. conſ. 54. num. 19. l b. 1. & Socin. conſ. 20. column. 1. inter conſilia Curt. Iun. 160. de quibus meminit Oſaſc. ead. deci.
276 30 ſub numer. 1. Item eſt mater iuſtitiæ, Bald. in l. libertim,
277 ff. de ſtat hom. Et veritati omnia cedunt, vt tradit Roland.
278 conſilio. 11. numer. 23. libro 3. Et iudex qui eſt miniſter Dei debet inhærere veritati, vt exclamat Paul. de Caſtro eius
279 conſ. 500. Et tenetur illam adiuuare quibuſcunque modis, per Mari. Anguſ poſt Ionocen. & Bald. in illos citatos conſ. 52.
280 ſub num. 74. His ſic præfatis, ad reſponſiones nunc me accingam. Et vtres ſplendidior fiat, reſpondebo ad illa in ſpecie atque ſigillatim. Qua propter dico, iuſtam cauſam fuiſſe ex illa Bulla Sanctiſſimi iam apud acta dimiſſa, quæ erat omnino executioni demandanda per vicarium in illo actu, alias non
281 ſine ſcandalis pertranſituro, quibus tenebatur ex debito ſui officij occurrere illico, etiam receſſendo à regulis iuris, capitul. quoniam, de iur. patron. gloſſ. penult. in 2. cap. de oper. nou. nunc l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de ope. non. nupt. & faciunt deducta per Crauett. conſilio 314. column. 3. volum. 4. verſiculo
282 ſecundo reſpondeo† Et facienti illud, quod debet, culpa aſcribi non poteſt, leg. vtique, §. culpa, ff. de rei vendicatio Roman. conſilio 395. vt res clarior, column ſecunda, & per Crauett. in conſilio 319. per totum, ac magis explicite per nu-
283 merum 16. Et culpa quælibet etiam leuiſſima abeſſe præſumitur ab illis, qui dant operam rei licitæ, niſi contrarium probetur, capitu. dilectus, capit. ex litteris, capit. tua nos. de homicid. quæ iura ad hoc citat Baldus, in conſi-

lio 222. viſis prædictis, lib. 5. & retulit Crauett. eodem conſilio
284 319. numer. 17. † Item culpa tunc non imputatur, quando Ex illa damnum haud contingit leg. ſi vehenda, §. verſiculo Paulus, ff. ad leg. Rhod. de iact. cum ſimilibus. de quibus per Crauett. dict. conſ. 319. colum. 1. verſicul. vndecima. Sed di-
285 cant querelantes, obſcero, quod damnum paſſi fuiſſent obnoxij, ſi tunc mandatis pijs pariter & iuſtis eiuſdem do. vicarij obtumperaſſent, certo poſtpoſito odio reſpondebunt, nullum, in nullo igitur peccauit vicarius, iura ſunt notiſſima ad propoſitum, præſertim cum Reuerendiſſimus ſit in quaſi poſſeſſione iubendi ſimilia clericis ſuis. ſempr contra
286 ſtimulum clacitrare conſuetis, quo circa iſtis præmiſſis ad primum reſpondetur, quod quando pro aliquo futuro ſit excomunicatio (ſicut in caſu noſtro) tunc non oportet illud eſſe
287 mortale, quinimo neque veniale. Smiliter non oportet, tunc quem eſſe contumacem, ſed ſufficit, & ſit inobidiens, per Syrueſt. in ſua ſum. verb. excõmunicatio, poſt numerum 11.
288 verſic. ſed hæc. Item dicit Abbas in cap. ſi quis, in primo nota. de maior. & obediens quod veniens contra præceptum ſui ſuperioris peccat mortaliter, & quod poteſt excõmuunicari; ratio eſt in promptu, quoniam adeſt inobedientia, quæ ali-
289 ter mederi haud poteſt. Et quanquam audax Prior atque obnoxij tantum, non autem ceteri, ſint incurſi inobedientiam, cum obnoxijs tantum, non autem capitulo, vt quidam leuiſſimi exiſtimauere, fuerit factum dictum preceptum, vti iam
290 dictum eſt. Et in obedientiæ in caſu, atque tempore morbum mederi aliter non poterat, in illo momento ſcandalis pleno, quoniam murmur illic aderat, quando Dominus Pompeus canonicus illuc rediens, illud Vicario in coro aſsidenti retulit. Et ſic vbi de ſcandalo timetur, tunc ceſſat ius commune, & receditur a regulis iuris, atque omnia efficiuntur iudiciarbitraria, ita per Iacob. de Aretin. in leg. 1. in princip. ff. de
191 damn. infect. ac per domin. Felin. in capitul. 2. de præſcript. vbi ponit. 32. ſpecialia contra iuris regulas ob ſcandalum & in
292 penult. loquitur in terminis, de forma data. Et quibus dolus adeſſe dicitur contra illos, qui ſui ſuperioris mandada pia, atque iuſta contempſere, & maior eſt inobedientia iudicis, quam canonis. Ideſt grauius peccat non obediens iudici, quã legi. gloſſa in capitulo, dolentes, de celebr. miſſar. & habetur per Deciu. in capitul. primo numero vigeſimoſecundo, de po-
293 ſtul. prælat. Et paulo ſuperius numer. 19. notauit etiam, quod prælatus debet eſſe promptus in puniendo inobedientes ex di-
294 cto Apoſt. ibi in tex. relato. Vnde inobedientia, quæ inducit peccatum mortale, vt dicit notab. Abbas in capitulo ſecundo, ad fin. de maior & obedien. & late habetur per Deci. in cap. nam concnpiſcentiam, in 2. lectur. ſub uumero mihi
265 7. de conſtit. Nemini dubium eſt, quod quando ſit pro futuro, quod tunc non oportet illud eſſe mortale, quinimò ne-
269 que veniale, vt ſuperius dictum extitit. Item pro contumacia valet per Felin. dict. capitulo ſacro, colum. 2. verſiculo,
297 Et limita. Item vbi aliquid licitum cupiam præcipitur ſub pæna excommunicationis, tametſi illud præceptum non fiant pro mortali, illud tamen veniale ob contemptum efficitur mortale, ſecundum gloſſa 25. diſtinct. §. nimis, in verbo, plus accepti, in capitulo, qualis in verbo, Blaſphemias, cum ſimil. & tradit Deciu. in capitulo, cum non ab homine, poſt numerum ſeptimum, de iudic. & in capitulo primo. in ſecunda lectu. columna ſecunda, ad fin. de conſtitut. vbi plene.

298 Et ſic tenebantur parere illi per Crauettam conſilio 233. colum. fina. & hæc etiam patet ad ſenſus efficacem rationem
299 quam pro lege nobis ſat eſt allegare, leg. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſ. tutor. capitulo, conſuetudo diſtinctio.
300 prima. Abba. in capitulo nulli, de præbend. Et ad rem redeundo, atque illam perſtringendo, limitatur dictum capitulum ſacro approbante concilio, per domin. Felin. ibidem.
301 tribus modis notab. columna ſecunda. Et primo, niſi ex-
303 ceſſus eſſet notorius, numer. tertio. Item niſi contumacia fuiſſet facta in iudicis præſentia, verſiculo ſexto limita, quæ duæ limitationes optimè hic cadunt inter ceteras ibidem adnotatas; quæ omnia bene faciunt pro vicario in toto proceſſu iſto.
303 Item dicit ſingulariter Innocent. in capitul. ex patre, numer. quarto, de verborum ſignificat. quod ſi in aliquo negotio, quis ſit contumax, verbi gratia, quia non vadit ad concilium vel prælatus aliquid præcipit ſubdito, & ſubditus illi non obtemperat, quod poterit illum excommunicare abſque monitione, ſiue citatione, ex quo eſt in contumacia. Adidem Peruſin. in capitulo, cum ſit Romana, §. prȩterea, uumero quarto de appellatio, & habetur etiam ſupra nume-
304 ro 19 & iſta Innocent. deciſio ſtringit valde pro vicario. Quo ad monitionem iam dictum eſt, quod quando ſit excommunicatio pro futuris culpis, quod tunc non requiritur monitio, quæ alias præcedere debet, per ſuperius allegata numero decimo, atque per deci. Felin. in dict. capitulo ſacro, numero
305 quinto. Item reſpondetur, quod extra caſus, in quibus monitio haud requiritur quod ordo ille de trina monitione non exigitur, vbi neceſſitas ſuadet, eo modo quo ſuadebat, quoniam imminentis neceſſitatis periculum excuſat, & caſus quam plures in quibus excuſatur recedens a regulis iuris ob imminentem neceſſitatem habes in repetition. ad domin. Felin. in verbo, neceſſitas, per totum, vltra allegata ſuperius numero 290. Item vt ſupra
306 dictum eſt numero 23. & 28. cum duobus ſequentibus, erat tunc periculum in mora, nec illic etiam ade-
307 rant, neque ſcriba, neque ad ſcribendum neceſſaria. Et hæc pariter accomodari poſſunt ad ſecundi motiui ſolutionem, & dict. gloſſa in capitulo primo, poſt Archidiacu. & Ioann. Andr. receptam eſſe dicit Sylueſt. dict. §. 14. atque relati ſuperius numero 30. ſequuntur, atque eſt communiter ab omnibus approbata, neque poſſet qua-
308 drare melius. Ad ſecundum motiuum repetitis præmiſſis ſupra reſpondetur, quod Prior atque ceteri obnoxij abſulutionem ex profeſſo contempſere, & de iſtorum contemptu eſt dictum ſuperius numero 31. Et fuit in proceſſo teſtium probatum de conceſſa auctoritate in ſolidum illis quatuor ſacerdotibus confeſſarijs, & de illius intimatione priori, alijſque obnoxijs facta, de qua quidem conceſſione haud requirebatur ſcriptura.

309 Nam caſum hunc non ponit gloſſa magiſtra, quæ adnotat caſus omnes ſcripturam exigentes. in dict. capitulo primo, §. poſtquam, de cenſibus, libro ſexto, & de quibus etiam per Speculat. titul. de inſtrument. edit. §. teſtat. ſub numero decimoquarto, & alios ponit Bal. in leg. geſta, Cod. de iudic. & in leg. humanum, Cod. de legibus, & retulit Iacobin. de Sancto Georgio. in l.
310 pactum quod contra, Cod. de pactis. Et hanc conſequentiam firmat Rot. deciſ. prima, de procurat. in nouis, columna prima. Socin. conſilio 120, columna quarta, libro primo. Eamque notat. etiam Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis, poſt numer. 136. de conſtitutio.

311 Et negatiua iſta probatur per liberorum aperturam, vt
312 tradit Crauett. conſil. 135. numero 5. ſicuti probatur. per inſtrumentorum inſpectionem, vt per Decius in conſ. 363 numero 12. 438. num. 4. 496. numer. 8 552. numer. 8. 557. col 2. Rola. conſil. 1. nu. 72. conſ. 2. numero 129. & alibi ſæpe per Doctores.

313 Item poſito, non tamen conceſſo, quod vicarius in illo tunc fuiſſet ab eccleſiæ ingreſſu priuatus; adhuc dicitur, quod retinebat nihilominus clauium vſum, & ſic poterat impartiri officium ſuum; ita in terminis terminantibus decidit gloſ. ad hoc optima, & communibus calculis recepta in dicto
314 capitulo ſacro, in verbo interdictum. Item reſpondetur, quod cum tali in vtilibus, atque in ad legem pertinentibus licitum fuit participare, & ita ab iſtorum vicario mediantibus quatuor illis ſacerdotibus confeſſarijs alias approbatis, & tunc delectis, abſolutionem accipere, quoniam vicario iſtud incumbebat ex officio, ad tradita per Bart. & docto.
315 in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Vbi poteſt iudex, atque etiam tenetur interponere nobile officium a nemine poſtulatum in ijs, quæ reſpiciunt actum pium, nec poſſit probabilem prætendere ignorantiam, & maxi-
316 mè per Bart. colum. 2. verſicul. primo caſu. Et præcipue in caſu iſto, in quo verſatur rectis oculis intuenti vtilitas publica, atque actus pius, vt per Bar. ac alios in dict. §. hoc
317 autem iudicium. Et fuit ordinarius in miniſterio eccleſiæ ſemper abſque vlla hæſitatione toleratus, quinimò & laudatus, ideo poterat vtilia, atque etiam ad legem pertinentia gerere, adminiſtrareque, ex quo ſibi incum-

bebat ex officio per pærdicta, quæ non repeto (ne vt eſt in ve-
318 teri prouerbio) repetita auribus officiant. Item potuit requi-
ſitus fidelibus ſibi ſubditis concedere facultatem abſoluendi
prædictos excommunicatos officio iudicis nobili, ac de man-
dare, quoniam iſtorum reſpectu priuatam reſpicit vtilitatem,
& ſic iuxta theori. Bart.quam communibus calcuis approbant
Moder.in l.imperium, ff de iuriſd.omni.iudi.comprehenditur
ſub mixto imperio, ex quo particípat.de duobus, vel pluribus.
Ideo potuit tuto delegari de iure pontificio: communem in-
319 quit Iacobin de S.Georg. in l. properandum, §. ſin aūt rem.
ſub num.7.C.de iudi. Et ita etiam in alijs diçceſibus in practi-
ca ſeruatum plures uidemus.
320 Sed quid plura? nonne iſte fuit a ſummo Pontifice bene in-
tellectus & approbatus ac demum ex illius liberali gratia cle-
rici ob illum in urbe carcerati relaxati fuere? Et quibus re-
321 uerſuri domum uerſus iniunctum fuit expreſſe iuſſu eiuſdē
Sanctiſſimi, quatenus de cetero cum eorum uicario, omni cū
debita reuerentia, ſubmiſſione atque humilitate procedant;
illique obtemperent, ac debitum tribuant honorem, tum ob
uicarij merita (vt vtar ipſius ſummi Pontificis uerbis) cum
etiam propter auctoritatem officij ex literis eiuſdem alias in
actis per prædictos exhibitis, atque penes eundem uicarium
exiſtentibus; ex quibus patet clariſſime caſum pro uicario eſ-
322 ſe contra illum uexantem deciſum. Et eſt nempe meritis
323 merito honor trrbuendus, vt habetur in Apophtema; cum
virtutis merces ſit proprium præmium. ex Cicer.ſententia de
claris oratoribus dicentis; honor eſt præmium virtutis, & pro
Archipoet. virtutis nullam mercedem laborum, periculorum-
324 que ſuorum deſiderat præter hanc laudis & gloriæ; & alibi,
quæ omitto. Et de geſtis à ſummo Pontifice, atque de illius
auctoritate diſputare ſacrilegij inſtar eſt. l. ſacrilegij. Cod. de
325 diuer.reſcript.l. 2.de ſacrileg. Et dicebat Bald. in prælu. feu.
326 num.34. quod in principe eſt poteſtatis plenitudo, & poſtea-
quam vult aliquid ex certa ſcientia, nemo poteſt ei dicere; do-
mine cur.ita facis? Ideo &c. Et in cap. cum ſuper de cau. poſ.
& proprieta. quod princepes ex ſui ſcientia certa eſt ſupra ius
extra ius, & omnia poteſt, vt retulit Deci.in conſ.588.numer.
327 5.Adduco ad id etiam Bald.in c.1.quali.domi. proprie, feudi
priue.dicens, quod Imperator eſt omnia, ac ſupra omnia: ergo
328 multo magis Papa, qui præeſt Imperatori, ſicut ſol præeſt lu-
næ, vt habetur per Ludouic. Careri. tractat. ſuo de hære. ſub
numer.30. Et comprobatur.
329 Nam maius dignum trahit ad ſe minus dignum, & princi-
pale annexum, non è conuerſo.cap. vnico de conſec.eccl. vel
330 altar.in 6. Item antecedens hoc eſt Papa non ſapit naturam
ſui ſub ſequentis, quid eſt Imperator, ſed bene ſubſequens
ſui anteceſſoris, per Bald. in leg. quoties. Cod. de fideicomm.
331 Qui quidem Papa omnia poteſt ex certa ſcentia, ſupra ius,
extra, & contra ius, per eundem in cap.cum ſuper, colum.1.
de cau. poſ. & proprieta. quem refert, comporobat, atque ſe-
quitur Crauet.in conſ.166.colum.2. quod tradit etiam Rolan.
132 in conſilio 1.numer.93.& in conſ.3.num.130. Et ſolet etiam
dici, vbi leo ſigit pedes, cetera animalia conquieſcunt, ita
333 de ſummo Pontifice dicit Crauet.in conſ.296.colum.1.Item
comparatur Papa Soli, qui eſt maior luna, quantitate, digni-
tate, officio, ac ſublimitate, Bal.in conſ.333. ad intelligentiam
334 lib.1.& per Ludouic. Carer. vbi ſupra. Et ſicut ſol ſe habet
in planetis, ita Papa in eccleſijs, vt dicit Bald. in cap. bonæ, el
2. colum.4.de poſtul.præl.quem retulit Crauet.conſ.256. col.
335 fin. Et poteſt mutare quadrata rotundis, vt inquit Hoſt. in
cap.cum veniſſent, de iudic.vt illum retulit. Roland. ſupradi-
336 ctis in locis, & cum Princips ſit cauſa cauſarum, non eſt vlte-
terius de illius poteſtate inquirendum, cum primæ cauſæ non
ſit alia cauſa. Et quod primum eſt, aliud ante ſe habere non
poteſt, vt patet ad ſenſum, & probatur etiam per l. proximus
ff.de verbor ſignific.
337 Quinimò contemnentes mandata ſummi Pontif. con-
trahunt hæreſim, vt hubetur late per Ludouic.Carrer.d.tract.
338 ſub numer.28. Et qui diſputat de principis poteſtate ſe facit
ſuperiorem, vel illi parem, ac ponit ſedem ſuam ab Aquilo-
ne, tentando ſimilem eſſe altiſſimo, vt poſt Bal.conſ.359.col.
1.lib.1.inquit Crauet conſ.241.num.3.266.ante num.2.396.
colum.7.verſic.Venio.
339 † Et dicit Abb.quæſt.1.quod Papa non habet parem, nec ſu-
periorem, vt per Loduic. Carer. vbi ſupra; ante numero 31.
740 † Vbi ex Feder Imperium a Papa præcedi inquit, & aliter
341 ſecuens eſſet in hæreſi. † Et dicit Natta in conſ.637.numer.
13. quod Papa eſt dominus dominantium, & habet ius Regis
Regum in ſubditos, & quod apud eum eſt ſuprema poteſtas,
342 in qua non habet parem. † Et eſt culmen ceterorum, quo
intellectus poteſt imaginare, vt dicit Dec.in conſ.469 nu.39.
343 † Et ſolus vti caput omnimodam pôt exercere iuriſdictio-
nem, vt inquit Abb.vbi ſupra, num.14.
344 † Nec principi dici poteſt; Domine, cur ita facis; vt inquit
Crauet.alios aduocans d.conſ.266.num.2.etiam habetur ſupra
345 num.325. Quiſquis igitur eſt tam fatuus, qui audeat ſein-
tromittere, vbi Papa manus appoſuit, repugnante tex.in cap.
346 vt noſtrum, de appel. Vnde quod confirmat, nemo infirmat
vt dicit Bald.in l.reſcripta. Cod.de prec. Imper.offer.& tradit
347 Dec.in cap.cum acceſſiſſent, col.mihi 7.de conſtit. Neque
inferior poteſt reſcindere ſui ſuperioris factum, l. nam & ma-
giſtratus. ff. de arb. l. minor aūt magiſtratus, ff. de minoribus
cum alijs ſimilibus.
348 Quinimo non poteſt inferior. ſe intromittere ſuper factum
ſui ſuperioris etiam nullum per Innoc. in cap. inter dilectos,
de exceſſ.prælat.cum ſimil.de quibus per Dec. in c.vt noſtrum,
de appel.ſub num.1.& in capitul.1.colum.2.de confirm. vtil.
vel inut. & per Crauet.conſ.296.colum. fi. in fi. Non omitto
349 contra Dom.Leonorum, quod dimiſſoriam in ſcriptis obti-
nere debebat, per glo. illam magiſtram citatam ſupra num.157.
atque per allegata num. 309. & merito eſt non eſt adhibenda
350 fides.l.vbi numerus, ff.de teſtibus l.iuriſiurandi. C.eo neque
351 iſtius abſentiæ cauſa fuit approbata, neque Vicarium à Vica-
rio approbatum reliquit, vt iubet S.C.Trident. allegatum ſu-
pra numero 154.
352 Eſt & etiam vnum aliud pro vicario notandum, quod in-
quit Bal.d.l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de officio procon. & lega.
quem ſequitur Amad.de ſynd.num.186.quod probationes de-
bēt eſſe in officiales ſole clariores, per not. in l. fi. C. de prob.
quæ eſt canonizata.2.q.8.& extit dictum ſupra numer.107. &
adde per Bertaz. in ſepius allegato conſ. 71. numer. 11. Suc-
353 cumbant igitur vexantes temere Vicarium. l. cum quem te-
mere, ff.de iudi.§.hæc autem: Inſtit.de pæn.teme.litig. vbi im-
probi litigatores qui vinci, refelli, coargui putāt eſſe turpiſſimū,
nihilque aliud currant niſi propriam pertinaciam, damna, ac
expēſas Vicario reficere tenentur, vt etiam pulchre tradit
Didac.qui materiam plene diſcutit pract.quæſt.capit.27. vltra
atroces iniurias, de quibus ſupra, ac plenius in proceſſu. Et
354 pro Vicario viro integerrimo militat in omnibus vulgata re-
gula, actoribus non probantibus plene, & legitime accuſatus,
tametſi nil probauerit (cum tamen pro parte Vicarij probata
ſint plenè omnia probanda) venit abſoluendus purè, atque
ſimpliciter, ad not.in l. qui accuſare, C.de edendo, & in capit.
355 1.de accuſation.& in l.ei qui dicit, atque in l.acto.ff de prob.
Quæ iuris regula intelligenda eſt de diffinitiue abſolutoria,
etiam vbi accuſatorum intentio fuiſſet in negatiua fundata:
de iſtis omnibus habetur per Roland. conſ. 67.numer.1.2.3.
356 l. 2. Et in crimine falſi probatio debet de neceſſitate con-
cludere, atque ſtrictior eſſe debet, quam in alijs criminibus per
ea, quæ tradit late Ceph.d.conſ.230.
357 Et dicebat Ang.in l.item apud Labeonem, §. ſi quis, ff. de
iur.relatus a Cur.Sen.in repet.l. admonendi.numer.356. ff. de
iureiuran.quod actore haud probante poterat aduerſarius illū
conuenire iniuriarum actione, ac pro expenſis, ex quo depre-
henſus maneāt in manifeſta calumnia, etiam habetur nitidie
per Iul.Clar.quæſt.62.verſic.ſed.nunquid: ac per Menoch.de
358 arbit.iudi.58.caſ.321. & accuſatores ſunt etiam damnandi
ad talionis pęnam 5.quæſt.6.can.1.& 3. Et ſecundum text.46.
359 d. accuſatores. Et multa pro vicario habentur per Ceph. d.
conſ. 230. Caueant igitur iudices, & prudenter attendant, vt
in cauſarum proceſſibus nil vendicet odium, ſeu fauor vſur-
pet, timor exulet, præmium, aut præmij expectatio iuſtitiam
non auertant, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances ap-
pendant æquo liberamine, vt in omnibus, quæ in cauſis
agenda fuerint, præſertim in concipiendis ſententijs, ac
ferendis præ oculis habeant ſolum Deum; illius imitantes
exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingreſſus
ad dominum referebat, vt ſecundum eius imperium iudi-
caret. Si quis igitur famæ ſuæ prodigus, & proprij proſe-
cutor honoris contra conſcientiam, & iuſtitiam in grauamen
alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiam, vel per ſor-
des, ab officij executione per annum nouerit ſe ſuſpenſum,
& ad litis æſtimationem nihilominus parti læſæ condemne-
tur. Hæc fuſius habentur in cap.vnico, de ſenten.& re iud. in
6. & aliqua. 45. diſt. omnis & cohortationem pulcherrimam
ad iudices, vide per Menoch. ante illius tract. de arbitr. iu-
dic. qui etiam ponit condemnatoriam ſentētiam in eos à pijs,
orthodoxiſque Imperatorib. Leone, & Alexandro pronun-
362 tiatam. Et ad prædicta aſtipulantur ea, quæ M.T.C. lucu-
lenter ſcripſit in præclara illa oratione pro Milo. dum in vlti-
mis verbis dicit; Vos oro, obteſtorque iudices, vt in ferendis
ſententijs, quod ſentietis id audeatis, veſtram virtutē, iuſti-
tiam, fidem (mihi credite) maxime probabit, qui in iudicibus
deligendis optimum, & ſapientiſſimum quemque delegit.
363 Item eſt perpetuo notandum, quod iniuſtus iudex inter
bruta eſt connumerandus, ſecundum Ariſt. lib. 1. Poli. vbi
ait ſic. Sicut optimum animantium eſt lege fruens, ita peſſi-
mum animantium eſt homo a lege, & iuſtitia ſeparatus, re-
ferente Roland. conſil.12. num. ſecundo, lib.3. & iudex, qui
corruptus pretio, vel precibus iniuſtam protulit ſententiam.
efficitur infamis, & tenetur parti læſæ ad æſtimationem, tex.
365 & ibi Caſtrenſ. in l. fin. C. de pœn. iud. qui male iudic. Et
ad materiam habemus memorabile exemplum Donati de
Falconibus, qui ex eo, quia fuit ab vtraque parte corruptus,
fuit cingulo doctorali priuatus, & factus exul. & merito, vt
etiam tradidit Iul.Clar. in pract. crim.quæſt.73. in verſic. Iu-
dex committens. quæſtio ſequen.verſ. ſcias autem. Et de illo
exemplo Donati, qui fuit auditor in prouincia Calabriæ me-
minit alia multa ſubiungens de iudice corrupto Lud.Care. in
366 practica crimin. §. homicidium, el primo, num.92.93. Et
e conuerſo, iuxta illud Prophe. pſal.15. in prin. Beati, qui cu-
ſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore, &
pſal.109. In memoria æterna erit iuſtus, & pſal.58. Si vere
vtique loquimini, rectè iudicate filij hominum, ſimiliter Eze-
chiel. capitulo 18. Et iudicium verum fecit inter virum, &
virū, hic iuſtus eſt; & prædicta cōmemorat Crau.confil.219.
in fin. adde tex. in l.quoniam, C. de epiſ. & cler. qui ſolet, vt
illic inquit Bal.allegari ad hoc, In memoria æterna erit iuſtus,
& ab auditione mala non timebit. Et Salic. ibidem dicit; iuſti
367 memoria debet extolli, iniuſti autem aboleri. Meminerint
igitur coniurati, quia non relinquet dominus virgam pecca-
torum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad ini-
quitatem manus ſuas, vt legitur pſal.124.
368 Et quod lento gradu ad ſui vindictam diuina procedit ira
tarditatemque ſupplicij grauitate compenſat; vt legitur apud
Valer. Max. in vita Diony. Syracu. in vltim. verbis. Item, &
iuxta illud Hora. Raro antecedentem ſceleſtum pena deſerit,
pede claudo pœna ſenſim proſequitur nocentem.
369 Vicarius verò cantabit: Beati, qui perſecutiones patiun-
tur propter iuſtitiam, & reliqua. Fuit profecto iniuſte, ac
indebite oppreſſus ab improbis, apud quos ratio, & veritas
domicilium non habent. *Hieron. Giachar. de Lugo, ſaluo
ſemper, &c.*

Subſcriptio D. Ioan. Baro. Iuriſconſulti.

370 Exiſtimo veras, ac prorſus iuri conſentaneas præſtantiſſi-
mi do. conſulentis concluſiones, in allegationibus, non minus
eleganter propoſitas, quam ſubtiliter confirmatas; & optime
ſublata, quæ loco obiectionum in calce ſunt aſcripta. Propte-
rea, & ſi ſola a me ſubſcriptio poſtuletur, tamen ne videar
pro iuſtiſſima cauſa, ac vetere amico laborem detrectaſſe, li-
bet paucula, licet non neceſſaria, adijcere. Et primo quod at-
371 tinet ad præmiſſa, præter adducta ab ipſo eſt pleniſſima al-
372 legatio Lapi. 73. ad quam vulgo recurritur. Quod vero
obijcitur de prætermiſſa monitione, ex cap.ſacro. de ſen. ex-
comm. & not. in cap.1. & 3. eod. lib.6. ſi modo fuit ea opus,
quod non videtur ad offenſam ex doct. Archid.cap.1.num.10
373 Ioann.Andr. num.11. Lap. d.alleg.73. ubi Mand. alia con-
gerit, rectè refellitur, propter neceſſitatem, ac imminens
periculum, ut traditur in d.cap.1. ubi poſt alios Gemi. in §. ſi
quis, num.9. Fran.num.3. Idem Gemi.§. caueant, num.6. ad
374 fin. & Fely. in d.cap.ſacro. Valuit ergo excommunicatio ſi-
ne metu ſuſpenſionis ipſo iure; atque ipſo facto commiſſæ, ut
per Io. & Fran. in prin. d.§. ſi quis. Card. & ceteros dict.cap.
375 ſacro. Potuitque Vicarius licet uere ſuſpenſus fuiſſet (quod
negatur) abſoluere excommunicatos.per gl.in d.§.ſacro. alle-
gatam in conſilio, & quam poſt ſequuntur ibi Butr. num.25.
Card. colum.5. & Abb. num.10.
376 Quo uero ad ratificationem querelæ propoſitæ a procu-
ratore carente mandato ſpeciali, ſi quidem certum tempus ſit
ei cōſtitutum, & lapſum, uera erit concluſio firmata l.penult.
ubi per docto.ff. rem rat. habe. Socin.in conſ.16. nu.35. in 4.
377 cum ſimi. Sin. minus obtinet opinio docto. in l. ſi maritus,
C. mand. Fel.cap. nonnulli.§. ſunt & alij, col. quarta, de reſc.
Quam in rem poſſem multa allegare. Cetera, quia ſunt co-
pioſiſſime, & uere examinata, atque reiecta, & plurimum
ex actis, quæ non uidi, pendent, haud quaquam attingo, uti
378 nec motiua. Quorum poſt rem de ſcriptura aperte refellūt
Ioan.Ant.de Butr. & Archid. d.capitulo, ſacro, & paſſim cor-
ruit ex traditis a Fel.in rub.de ſent.excommunic. Atque reor
379 ſine ullam exceptione ius eſſe pro d. Vicario uiro integerri-
mo, ac doctiſſimo, in quorum fidem &c. & Saluo, &c. hæc
ſubſcripſi ac ſubſignaui. locus ſigilli. *Ioan. Baro. Iuriſcon-
ſul. Ferrarienſ.*

Corollarium eiuſdem Do. Hieronymi.

380 Nihil eſt inter homines ſic indubitatum, quin poſſit licet
iuſtiſſimum ſuſcipere quandam ſolicitam dubitationem, ut
ſcriptum reliquit Imper. in Auth. de tabel. §. ſi uero domi-
nus, verſ.proinde, cuius dictum reaſſumit Oſaſc. deciſio.29.
381 in princip. vbi etiam tradit alia de veritate notab. Et ſecun-
dum Natt. conſil. 60. colum. 5. poſt med. Nihil tam clare,
tanque aperte verbis proferri poteſt, quod non maligna, ac
382 ſophiſtica interpretatione euelli poſſit; leges enim ſæpe ca-
383 lumniantur, l. non dubium, C. de legi. Et cauillantur, vt ff.
384 ad Tert.l.2. §.Tractari. & ff. de reg. iur.l. ea eſt natura; Et
385 captantur l. pen. ff. ad exhib. Adde etiam, quod ad diſſen-
386 tiendum homines naturaliter ſunt faciles. l. item ſi vnus. §.
in duos, ff. de arbi. Et quod impoſſibile eſt, quod fiat lex ita
clare, vt dubitationem non recipiat; & propterea dixit Bar.
in l.1. num.14. C. de no. faci quod vbi circa legem ſunt opin.
licet aliquis iudicaret ſecundum vnam opin. & non veram,
ſententia valeret, nec diceretur continere expreſſum errorem
387 iuris. Et vicario, inique, iniuſteque vexato adaptatur illud
not. Mag. ſen. in prolo. circa fin. poſt Hylar. relatum in pri.
de Summ.Trinit. dicentis: Ambigendum non eſt omnem
humani eloquij ſermonem calumniæ, atque æmulorum con-
tradictionis ſemper obnoxium fuiſſe, quia diſſentientib. mo-
388 ribus diſſentiens quoque fit animorum ſenſus. Et accuſan-
tes vicarium contendere contra agnitam veritatem, quod
peccatum non leue aliquando legimus apud probatos aucto-
389 res. Quæ quidem veritas vtinam tot haberet inuentores,
quot habet contradictores, ſecundum Magiſt. ſent.
390 Et vicarius patuit morſibus illorum, qui ſtimulante inui-
dia deſpiciunt, quæ conſequi non poſſunt; & eum non ex iu-
dicio, ſed ex odij præſumptione indeſinenter obtrectationib.
lacerant, vt inquit Hier. Sanctiſſimus in prolo. ſuper Iſa.
391 Partes igitur iudicare debentium ſunt maledictis confuta-
tis, accuſatores in ead. ſententia vno contextu præcedente
vicarij ſimplici, ac diffinitiua ſententia, cap. licet cauſam, de
proba.& per Cur. Sen.d.l. qui accuſare, num. 4. & Caſtren.
392 conſil.46. in fin. tom.2. crim. condemnare ſicuti petitum
eſt pluries, ad expenſas, damna, intereſſe, ac iniurias vt tradit
Crau. conſil.53. & Clar. quæſt.62. verſ. ſed quæro nunquid,
* vbi dicit ita * communiter teneri: quod procedere inquit vbi
393 iudex ſtatuiſſet accuſatorib. terminum ad allegandum cau-
394 ſam, quare &c. Et hoc ne vicarius dilaceratus, calumniatuſq;
incedat. l. ſi calumnietur, ff. de verb. ſig. & etiam dicatur re-
muneratus ad ingratitudinem, quæ eſt omnium malorum
395 radix, teſte S. Aug. in ſoliloq. cap.8. Et ingratus non dici-
396 tur viuere moraliter. l.fin.C. de inofficioſ. teſtamen. Et po-
397 teſt certe vicarius dicere illud, quod legitur in Eccleſ.cap.4.
vidi